UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

R. P. Domitii Plati Societatis Iesv Theologi, De Domini Nostri Iesv Christi Passione

Piatti, Domizio

Coloniae Agrippinae, 1610

De effectibus paßionis ac mortis Christi. Proœmium.

urn:nbn:de:hbz:466:1-49474

Visual Library

derationibus, in quibus de Paſſionis Redemptoris noſtri effectibus, deque fructibus ex eadem Paſſione colligendis tractatio inſtituenda erit, alij quoque elucidandi ſint: quoniam ex effectu, intelligi poteſt, qualis fuerit intentio, & ex fructu qualis voluntas eius, qui beneficium præſtat.

CONSIDERATIO SEXTA.

DE EFFECTIBVS PASSIONIS AC MORTIS Chriſti.

EXpenſis hactenus qualitatibus, circumſtantijs, & cauſis dolorum atque impropериorum Dominicæ perpeſſionis ac necis, reſtat nũc, vt de effectibus eiuſdem Paſſionis diſſeramus, & contemplemur ſummum honorem, quem per illam Chriſtus Seruator noſter ſibi acquiſiuit, & eximios triumphos quos retulit, claram præterea principalium attributorum ſuorum quæ in ea demonſtrauit, manifeſtationem. Qaanquam enim hactenus

ctenus pro occaſionum varietate, aliquã eorum varijs in locis partem tractauerim, attamen decet nos ſpecialiorem atque diſtinctiorem de illis mentionem facere, vt, quantò clariorem atque apertiorem de virtute huius ſacratiſſimæ paſſionis notitiam adepti fuerimus, tãto magis in nobis beneficij huius æſtimatio, & erga tam eximium benefactorem gratitudo, augeatur.

DE SVMMA POTENTIA, QVAM CHRISTVS *Seruator in Paſſione ſua demonſtrauit: quæ fuit eiuſdem Paſſionis affectus.*

CAPVT I.

TAm magna, eximia & perfecta ſunt DEI opera, ſpeciatim perpeſſionis ac necis vnigeniti filij eius, vt oculo carnis ac ſenſus peruideri & penetrari nequeãt, queádmodum teſtatur Apoſt. *Animalis*, inquit, *homo, nõ percipit ea, quæ ſunt ſpirit⁹ DEI.* Opus eſt igitur, cum eodẽ Apoſt. DEI Patris auxiliũ implorare, vt ipſe cęleſti lumine in-

Quis ad intelligendã Chriſti crucifixi potẽtiam idoneus ſit.

1.Cor. 2.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN